



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Hexaēmeron Hē Toi, Kosmourgia, Georgiou tou Pisidou  
diakonou ...**

**Georgius <Pisida>**

**Lutetiae, 1585**

Querimonia de fragilitate humana

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70102](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70102)

Hinc suadet aggredi facinora pleraque:

780 Nam tortuosa, ceu Draco, irrepit via,

Draconis  
Satanae mini-  
stri illecebrae

Ingrreditur & solo, infimum carpens iter:

Alui ministerio pedum loco vtitur,

Lingens luporum more fueto pulverem:

Plin. l. 8. c. 22.

Intemperante affectionum incendio

Studet facinus ad vmbilicum ducere,

Ad quem cibum avidus quisque cursitat libens.

Miscetque amarorem voluptati asperum,

Mulso venenoso parans mihi necem.

Patronus infestus, benignus proditor,

Antitheses  
aptissima ad

790 Iugulum petens blandè, enecans quos adiuuat,

vaframenta  
Dæmonis  
declaranda.

Dux in via fallens, beneuolus ac latro,

Et perfidus, gratúsque & eloquens Draco:

Namque allicit nos, præmio nullo dato,

Formæ exhibet decus, nec vlla mota res,

Larvas figurat, spectra fingit inania,

Scrutatur animum, tangit & digitos manus,

Spectrorum  
illusiones.

Risum excitat, labellaque oris comprimit:

Et opinione delitentis criminis,

Crimen reapse noxium mox parturit.

800 I A M illusionum Dæmonis non nescium,

Querimonia  
de fragilitate  
humana.

Propositi iniqui ac pessimi, tantò magis

Me pungit ac mordet, rubens Cancer velut,

Quòd flagitium & auerfer, & præstem tamen.

Nisi si vetustum anguem hunc inaudito modo,

Caliginis speculum, Dei sententia

Nobis ob oculos posuit, vt, si quidem notas  
 Ad imaginem sacram editas non tollimus,  
 Habeamus ipsum ludibrū tanquam loco,  
 Anguēmq; ludamus, licet hiatus pareat.  
 Plerique enim mentem superbam & asperam,  
 In præliōque inuulnerabilem illius  
 Vim molis expertem, grauati his artubus  
 Ac terreo contemperati puluere,  
 Retudēre gnauiter, perinde ac si scuta  
 Repellerent humi sagittas irritas.

*Psal. 105.*

Martyrum  
 & Sanctorū  
 lucta cum  
 principe te-  
 nebrarum.

810

Si singula hæc spectanda proponat sibi,  
 Et vilium ac vulgarium mortalibus  
 Victoria habita, notionem prædicet:  
 Vel promouens gradum, organum capiat sacrum,  
 Vox clamitantis cordis in vastis locis:

Cōsideratio  
 stupēdorum  
 Dei miracu-  
 lorum.

820

*Esai. c. 6.*

*Reg. 4. c. 2. 6.*

Aut forcipi si se Cherubinæ admouens,  
 Sermonis almi sumat hinc carbunculum:  
 Aut flammeum currum, igneosque equos trahens,  
 Iter polorum currere arduum volet,  
 Equesque vita appareat sublimior,  
 Carne hunc deorsum dimouere nescia:

*Gen. 15.*

*3. Reg. 18.*

*Exo. 22.*

*Num. 11. 16.*

*3. Reg. 13.*

*De fornace*

*Dan. 3.*

*Exod. 47.*

*Esai. 23.*

*Exod. 23.*

*24.*

Deducat ignem, rorem & appendat suprâ:  
 Cunctas trahens, vel distrahens, mutans ve res.  
 Obturet ac fide os Leonum audacium,  
 Rorem esse monstret ignem in ardenti pyra:  
 Nilūm ve feriat, sanguine immutans aquas,  
 Et suadeat fulgēre Solem in nubilo:  
 Ac diuidat abyssum in stupendam semitam:

830

Ignis